

gotio, censetur esse pars eius; sicut pactum, contractui in continenti adjectum, pars contractus esse reputatur. *L. Juris gentium 7. §. 5. & 6. ff. de Pact. l. licta est 40. ff. de R. C.* Ergo si conditio, Confessionis adjecta, presumptionem Juris refragantem sibi non habeat, debet una cum Confessione principali, tanquam pars cum toto, rejici vel acceptari. *Rota d. p. 6. dec. 38. n. 1. & p. 10. dec. 297. n. 18. & p. 13. dec. 308. n. 9. & p. 14. dec. 516. n. 1.*

104 Qualitas, à negotio principali penitus separata, ac cum novo facto conjuncta, potest rejici, ac illius Probatio in conscientiam transferri, Confessione quoad punctum principale recepta. Unde si dicas, te vendidisse, sed pactum additionis in diem post aliquot dies adjectum esse, potest emptor, adversarius tuus, utiiler acceptare venditionis Confessionem, & ut pacti adjectionem prope, exigere. Pariter si dicas, te mutuas accepisse pecunias, sed eas jam solutas esse, potest creditor Confessionem mutui utiliter acceptare, & onus probandi solutionem in te rejicere. Ratio est: tum quia qualitas separata non est pars negotii principalis: tum quia, qui factum novum & separatum asserit, onus id probandi in se recipit ex cap. priore num. 36. Consequi-

tur ergo, quod illa qualitas ab Adversario potest rejici, & ab asserente probari debeat per textum in *l. etiam si 29. §. 1. ff. de Minor. l. scire debemus 29. in pr. ff. de V. O. l. perfecta 4. Cod. de Donat. qua sub modo &c.* Rota Rom. in *div. p. 2. dec. 27. n. 11 & 2.* apud Sabellum in *Summa §. Confessio n. 61.* Panormitan ad *cap. bona memoria 4. de Postulat. num. 29.* P. König h. t. n. ult. P. Reiffensuel *ibid.* à num. 114. Brunnem, de *Proc. cap. 21. n. 5. & 6.*

106 Illud adnotasse juverit, Confessionem qualificatam in criminalibus, etsi presumptionem Juris contra se patiat, nec ab allegante probetur, ad ordinariam poenam haud sufficere, secundum Abbatem in *cap. auditis 15. de Praescrip. n. 32.* Felin. *ibid.* n. 30. Menoch. de *Arbitrar. Judic. casu 93. n. 38.* Clarum, Farinaceum, & alios, quos refert & sequitur Reiffensuel *cit. t. num. 126.* Sabellus *d. l. num. 60.* Ratio est: quod Confessio talis, cum absoluta non sit, non faciat Probationem luce clariorem, in criminalibus requisitam. Et licet, contra adjectam qualitatem militet Juris presumptio, ea tamen virum tantum non est, ut faciat evidentiam moralem, consistentem de crimine convincat, & ordinariae poenae subijciat.

§. V.

Qualem effectum habeat Confessio Sacramentalis?

108 DE hac ab initio huius Capituli num. 2. praemissum fuit, quod in foro contentioso nullam penitus vim habeat. Sed, ne hoc tantum de Confessario, Confessionem Sacramentalem revelant, intelligatur, utpote qui, ad Sigillum Sacramentale obligatus, scientiam, quam habet non ut homo, sed ut DEus, cap. si Sacerdos 2. de Off. ordin. sine effectu manifestat, adeo, ut ne quidem ad torturam faciat indicium, uti cum certa sententia docuerunt Farinaceus *prax. Crimin. Lib. 1. q. 47. n. 96.* Menoch. de *Praesumpt. lib. 1. q. 89. n. 26.* Covarruv. de *Matrimo. p. 2. cap. 8. §. 12. 23.* Reiffensuel *h. t. n. 133.* Ideo

109 Quæri potest I. an, si duo vel tres, qui, Sacro tribunali propius astantes, audierunt peccata, à penitente clario voce Confessario manifestata, in iudicio externo testimonium de auditis dicere valeant?

Resp. negativè. *Malcardus de Probat. conclus. 377. n. 2.* Farinac. *cit. q. 47. n. 97.* Reiffensuel *h. t. num. 124.*

110 Ratio est: partim quia, qui audiunt Confessionem, sunt aequè ad silentium obligati, ac Confessarius: partim quia nec Iudex illos interrogare potest, nec illi interroganti respondere possunt: partim quia scientia, quæ habetur ex Confessione, seu directè seu indirectè, non est applicabilis ad usum & forum humanum: quippe cum in injuriam Sacramenti Pœnitentiæ tenderet,

institationem Christi everteret, ac Fideles ab illius fructuosa & frequenti susceptione retraheret.

Quæri potest II. an scheda Confessionis, seu jam facta, seu primum faciendæ, ab aliquo inventa, aliquam probationem in foro humano faciat?

Resp. negativè. Ita Pax Jordan *Elucubrat. div. lib. 14. tit. 16. n. 120.* Sabellus in *Summa §. confessio sub n. 6.* & complures, quos allegant, & sequuntur P. Wiestner *h. t. à n. 41.* & P. Reiffensuel *ibid.* n. 136. itaque in facti contingentia à Collegio Theologico & Juridico iudicatum esse, meminit idem Wiestner. Ratio est: quia scheda Confessionis, cum vel pars sit ipsius Confessionis, vel ad Confessionem ex intentione scribentis primario ordinetur, nihil & minus utilitatis confert ad forum contentiosum, quam Confessio, à Clerico facta in foro seculari, confert ad forum Ecclesiasticum cap. est Clerici 4. de Judic. Adeoque, licet in foro contentioso producat, probationem tamen non facit.

113 Deinde tenetur inventor ejusmodi scheda saltem sub sigillo naturali ad silentium. Ergo, si quidquam manifestet, peccat gravissime; nec potest talis manifestatio, citra injuriam Sacramenti Pœnitentiæ & damnationem poenitentium, pro authentica acceptari.

§. VI.

§. VI.

Possitne Confessio revocari?

114 CONFESSIO, semel emissâ, potest aliquando revocari. Ubi discipendum est, numi revocatio fiat in continenti, vel ex intervallo.

In continenti potest revocari, tamen si nullus error fuerit probatus. Textus in *cap. praverè 7. de Testib. cog.* ubi de assertione & depositione testium dicitur, quod revocari possit in continenti, errore non probato. Textus alius & oppositus in *cap. cum causam 62. de Appellat.* Ratio est: quia, quæ in continenti revocantur, facta esse non censentur arg. *cap. quicumque 11. ibi: nisi licentiam ipsam re integrè revocaverint &c. de Sentent. excommunicat. in 6. l. Juris gentium 7. §. 5. & 6. ff. de Pact.*

115 Ex intervallo non potest revocari Confessio, nisi error fuerit probatus, docendò v. g. & ostendendò metum, ignorantiam, oblivionem, iram, fatuitatem, persuasionem, suggestionem &c. arg. *cit. cap. praverè 7. de Testib. cog.* Ratio est: vel quia presumptio est contra consistentem, ea quæ in proprium asseruit præjudicium, vera esse: vel quia revocatio Confessionis habet annexam qualitatem cum assertione novi facti, scilicet erroris, conjunctam; adeoque ab asserente error probandus est ex num. 101. Pax Jordan *Elucubrat. diver. lib. 14. tit. 16. à n. 238.* P. Engel *h. t. num. 17.* P. Reiffensuel *ib. num. 77. & seqq.* Sabellus in

*Summa §. Confessio. n. 48.* Samuel Stryck in *Continuat. usus mod. Pand. ad tit. de Interrogat. in Jure faciend. §. 69. & seqq.*

117 Quondam verò revocatio fieri dicitur in continenti? Diversæ sunt expositiones, Abbas in *cap. ex literis de Error. n. 10.* Malcardus de *Probat. conclus. 369. n. 5.* existimantes, revocationem in continenti factam censeri, si necdum in scriptis fuerit redacta. Glossa in *cap. praverè cit. §. in continenti &c.* putat, Confessionem, ante recessum à Judice revocatum, in continenti revocari præsumi. Reiffensuel ad *h. t. num. 94.* docet, Confessionem pro revocata in continenti haberi, si revocata fuerit eadem die per textum in *cap. cum causam 62. de Appellat.* Stryck *cit. l. §. 70.* ait, revocationem in continenti regulariter fieri intra triduum arg. *l. ult. Cod. de Error. Advocat.* addit tamen cum Brun. ad *tit. Inst. n. 6.* arbitrium Judicis non excludi. Sed, quia textus posteriores sunt speciales, ac de Confessione Advocati loquuntur; ideò primam & secundam opinionem præeligendam crederem: cum in aliis quoque materiis in continenti repunetur fieri, quod fit, antequam partes ad alia negotia discesserint. Vid. Sabellus *d. n. 48.* Galeus in *Commentar. ad opp. ult. de Restit. in integr. in 6. n. 150. & seqq.*

CAPUT V. De Testibus.

SECUNDA, & antiquissima Probationis species est ea, quæ formatur per Testes: nam ab ipso creati Mundi primordio pro certissima rerum dubiarum seu confirmatione seu decisione habebatur illud strictissimum, quod in ore duorum vel trium stet omne verbum. Sit ergo

SECTIO I. De Natura & Qualitate Testium.

SUMMARIUM

- 1. Testis estymon. 2. Definitio. 3. Est persona idonea. 4. Ad fidem negotio conciliandam. 5. Adhibita. 6. Testem agere potest, qui non prohibetur. 7. Prohibentur infantes. 8. & seqq. Non autem impuberes, pubertati proximi. 11. Prohibentur isti rationis carentes. 12. & seqq. Destituti necessarii sensibus. 14. Criminosi. 15. & seqq. Religiosi testimonium semper validum est. 18. & seqq. Agitur de excommunicatis. 23. & seqq. Agitur de infamibus. 27. & seqq. Agitur de viduis. 29. Minores non possunt testificari in criminalibus. 30. Fama in sensalibus. 31. & seqq. Bene vero in cri-

- 34. Persona Ecclesiastica in causa criminali. 35. Nemo in causa propria. 36. & seqq. Agitur de membriis communitatis, utrum in causa communitatis testificari valeant? 44. Subjungitur quadam limitatio. 45. & seqq. Agitur de denunciatoribus, an possint agere testes in causa denunciata? 49. Parentes pro liberis, & e contra, nequeunt resisti ari. 50. & seqq. Excipiuntur nonnullæ causæ. 54. Nec persona conjuncta pro vel contra se invocari. 55. Nisi sit equalis vel nulla affectio. 56. Conjuges. 57. Nec domestici. 58. Licet subditi non excludantur. 59. Nec possunt contra Dominum. 60.



Nec amicus pro amico. 61. Nec inimicus contra inimicum. 62. Nec Judaeus contra Chri-

stianum. 63. & seq. Nec Laicus contra Clericum. 65. Cautela ex Cardinale de Luca.

§. I.

Quid sit Testis?

- 1 Testis appellationem trahit a testando. Testari verò subinde idem denotat, ac suam mentem explicare per ultimum elogium juxta l. current Magistratus 22. ff. h. t. Subinde, sicut in praesenti, idem est, ac fidem alteri per confirmationem rei facere; eoque sensu antiquitus Testes dicebantur *superstites*: quia super causae factu proferebantur, ut inquit D. Isidorus in *cap. furus 10. de V.S.*
- 2 Describi potest Testis, quod sit persona idonea, ad fidem negotio conciliandam adhibita.
- 3 Dixi I. *persona idonea*; hoc est, habilis & apta ad testimonium dicendum. Ubi non perfectiorè notatum velim, Testem idoneum, & Testem omni exceptione majorem, non esse synonyma, aut vocabula idem significantia; sed differre, ut scribit Lauterbach in *Collegio Pand. ad h. t. §. 2.* ut positivum & superlativum: nam Testes idonei sunt, qui tales est-

§. II.

Quam simpliciter Testes esse prohibeantur?

- 6 Testem agere potest, qui nullà qualitate infectus est, ratione cujus à testimonio simpliciter excludatur.
- 7 Ex qualitatibus, à testimonio simpliciter excludentibus, est I. aetas infantilis: nam infans, & qui infantiae proximus est, cum intellectum aut non habeat, aut non habere praesumatur, non magis testificari potest, quam furiosus tempore furoris *arg. §. sed quod 10. Inst. de Instil. stipulat.* Ummius de *Proc. disput. 16. ib. 1. num. 5.*
- 8 Impubes, pubertati proximus, à testimonio in causis civilibus non simpliciter arcendus videtur: tum quia intellectum jam habere praesumitur in *cit. §. sed quod 10. & §. anteced. §. Inst. de Instil. stipulat.* junctà *L. impuberem 23. ff. de Fure. l. pupillum 111. in prin. ff. de R. J.* tum quia in *l. testium 3. §. 5. ff. h. t.* solummodò in causis publicis & criminalibus repellitur à testimonio: tum quia in *l. irriti 19. §. 1. ff. eod. dicitur, pupillis testimonium denuntiarì non posse, seu, quod in idem recidit, pupillos ad testimonium cogi non posse; sique supponitur, eos, si voluerint testificari, non prohiberi. Lauterbach. h. t. §. 13. & 14. contra Welenbec. eod. tit. num. 3.*
- 9 Quin & in causis criminalibus ejusmodi impuberum testimonia non simpliciter prohiberi, sed in vim alicujus indicii, adminiculi, vel probationis minus quam semi-plena adhiberi, testis est consuetudo. Farinaceus *prax. Crim. q. 58. num. 44. & seqq.* Card. de Luca de *Judic. disc. 22. n. 47.* Id quod in utraque causa à fortiori tenendum est, quando impu-

se non prohibentur à Jure; Testes omni exceptione majores sunt, qui non tantum non prohibentur agere Testes, sed quibus etiam nulla prorsus exceptio opponi potest.

Dixi II. *ad fidem negotio conciliandam.* Hocque munus & proprium est officium Testium, ut fidem negotio tum extra tum intra Judicium concilient. Multa siquidem fiunt & accidunt, de quibus, quod facta sint, constare nequit nisi per Testes per *Nov. 90. in pr.* Et hinc Testium usus non tantum frequens, sed & necessarius est, juxta *l. testimoniorum usus 1. in pr. ff. h. t.*

Dixi III. *adhibita*; seu vocata aut rogata. Si enim Testis, nec interrogatus nec vocatus, ultrò de negotio & facto alieno testimonium dicat, suspectum se facit, & fidem regulariter non meretur *arg. l. que omnia 25. ff. de Procurator. Lauterbach. cit. h. t. §. 1. & 3. qua de re paulò infra in num. 83.*

beres, pubertatem adepti, de iis, quae impubertatis tempore conigerunt, ac sub illorum sensum & advertentiam cadere poterunt, attestantur. Farinac. *d. q. num. 18. P. König. h. t. n. 4.*

II. carentia rationis. Etenim mente capti, furiosi tempore furoris, ebrii ebrietate perfecti, nequeunt testimonium dare: utpote cum negotium, de quo agitur, sufficienter non perpendant *arg. cit. §. sed quod 10. Inst. de Instil. stipulat. §. sed & 4. Inst. de Curator. l. si ei 2. §. 3. ff. de Jure Codicill.*

III. defectus sensuum: qui enim surdi & caeci sunt; item qui muti & surdi; sicut & qui caeci & muti sunt, difficillimum est, ut de facto dubio perfectè instrui, vel de eodem testimonium exprimere valeant *arg. cap. testes 15. III. q. 9. §. item surdus 3. Inst. Quib. non est permiss. fac. test. nili vel scripturà, vel notibus ac signis indubitatis utantur arg. l. seruo invito 65. §. 3. ff. ad SC. Trebell. arg. l. pater 93. §. 1. ff. de Avelo. H. l. discretis 10. Cod. Qui test. fac. poss.* Interim qui surdus tantum est, testari potest de illis, quae vidit; sicut & caecus de iis, quae audivit. Farinac. *prax. crim. q. 61. n. 27. & seqq.* Stryck de *Jure sensuum dissert. 2. cap. 4. n. 28. & dissert. 4. cap. 4. num. 34.* Idem est, si caeci testentur de facto, quod accidit ante caecitatem. Stryck *d. dissert. 2. cap. 4. n. 26.*

IV. crimen; cujusmodi est crimen rependendum *l. repetundarum 15. in pr. ff. h. t.* ad ulterium *l. ex eo 18. ff. eod. carmen famosum l. ob carmen 21. in pr. ff. d. tit. turpitudinis vitæ, quae removet à Senatu l. Cassius 2. ff. de Senator. perju-*

perjurium cap. parvuli 14. XXII. q. 5. cap. testimonium 54. h. t. corruptio vel conductio testimonium cap. placuit 1. h. t. l. testium 3. §. 5. ff. eod.

- 15 Ambiges I. num Religiosus in Judicio possit agere Testem?
  - Resp. I. Religiosum licetè simul & validè testificari, quando vel utilitas Monasterii concurrat, vel licentia Superioris accedat per textus evidentes in *cap. vis 39. cap. nuper 51. h. t. cap. veritatis 8. de Delo & Contumacia. cap. est Christus 26. in fin. de Jurejur.*
  - 16 Resp. II. Religiosum saltem validè testificari, quando nec utilitas Monasterii, nec licentia Superioris adest. Panormitan. in *cap. cum nuntius 12. h. t. n. 3. P. Engel h. t. num. 11. P. Wiestner eod. tit. n. 4. Mascard. de Probationibus 260. n. 17.* Ratio est: quia Religiosus est utique persona verax; imò summam veritatis praesumptionem habet. Ergo, quotiescunque testificatur, validè testificatur; & defectus licentiae vel utilitatis solum facit, quòd agat illicitè; non etiam, quòd invalidè.
  - 17 Neque pariter cum Millero ad Struv. *exercit. 28. th. 38. lit. o.* facias cum seruo, cujus testimonium est auctoritate vacuum *cap. seruo 10. de V. S. l. seruo 8. Cod. h. t.* Nam in *inst. l. de Judic. cap. 2. n. 19.* jam monuimus, Religiosum tantummodò servum appellari quoad abdicacionem arbitrii proprii; non item quoad munerà & officia Civilia, quorum capacitas esse dignoscitur.
  - 18 Ambiges II. num excommunicatus possit testimonium dicere?
    - Resp. I. excommunicatum non-toleratum, à testimonio dicendo repelli posse, tam ad instantiam partis, quam ex officio à Judice. Textus in *cap. accernimus 8. de Sent. excommunicat. in 6.* Ratio est: quia, dum excommunicati debent ab omnibus vitari *cap. nulli se 8. d. t. X. debent non tantum ad instantiam partis, sed etiam ex officio à Judice repelli. Dixi non-toleratum: nam excommunicatus toleratus potest quidem ad instantiam partis repelli, non tamen ex officio Judicis propter Extrav. Martini V. *Ad evitanda scandala & c.* Nulla quoque ratione potest repelli, quando contra haereticos in testimonium adducitur *cap. in fidei favore 5. de Haeret. in 6.**
    - 20 Resp. II. testimonium excommunicati, qui de facto, nemine expiciente, ad testimonium fuit admissus, validum censeri. Wiestner *h. t. n. 8.* Colligitur ex *cap. excommunicatus 13. §. credentes de Haeret.* ubi, dum specialiter haeretici redduntur inhabiles ad ferendum testimonium, tacitè insinuat, aliorum excommunicatorum testimonia valere. Ratio est: quia excommunicatus tantum privat muneribus & juribus spiritualibus, inter quae testimonii dicendi facultas haud numeratur.
    - 21 Dices cum Reiffenstuel ad *h. t. num. 43.* excommunicatos de Jure Canonico infamibus personis accesseri in *cap. infames 17. Vl. q. 1.* quarum testimonia ex mox dicendis reprobantur.

Resp. excommunicatos personis infamibus non simpliciter accesseri in *cit. cap.* sed secundum quid tantum, nempe quoad susceptionem Sacrorum Ordinum, & accusationem contra Summos Sacerdotes instituendam. Cate-22 roquunt omnes omnino peccatores, qui meruerunt amissionem salutis, excludi debent à testimonio dicendo: cum in *cap. illi qui 3. eod. Vl. q. 1.* inter infames numerentur; & sic infinita ferè testimonia nullitatis periculo subiecta forent.

Ambiges III. num infames admittantur ad testimonium?

Resp. I. de Jure Civili infames non omnes simpliciter à testimonio repelluntur. Enimverò in *l. testimoniorum 1. §. 1. ff. h. t.* ponitur regula, omnes ad testimonium admitti, quibus testimonium specialiter non interdicatur. Jam verò textum non reperies, qui generatim omnibus infamibus interdicit testimonium; quin potius in *l. testium 3. §. 5. l. repetundarum 15. in pr. l. exco 18. l. ob carmen 21. in pr. ff. h. t.* certè duntaxat personae, infamiae macula respersae, remouentur; & in *l. quosdam 13. ff. eod.* dubitatum est, an in publico judicio calumniam damnatus, qui utique infamis est, inhabilis existat ad testificandum? Sicque in a suppositione erant Jcti, infames generatim non esse intertestificabiles. Gonzalez ad *cap. testimonium ejus 54. h. t. n. 12.* Ummius de *proc. disp. 16. th. 1. n. 9.* Lauterbach ad *ff. h. t. §. 18.* Franzkius ad *tit. ff. de His qui tot. infam. n. 24.* Esti-24

diffidendum non sit, testimonium personae infamiae ne quidem de Jure Civili perfidiae suspicionem carere per text. in *cit. l. testium 3. §. 1. h. questum 13. ff. h. t.*

Resp. II. de Jure Canonico infamiam juris ab infamia facti discernendam esse. Infames infamiam juris univerfim testes in iudicio censentur *cap. testes 39. II. q. 7. cap. nulli 11. III. q. 4. cap. constitutus 9. ead. III. q. 5. cap. licet 47. h. t. cap. praeterea 7. de Testib. cogend.* Infames autem infamiam facti, saltem si emendati fuerint de crimine, admittuntur in causis civilibus, & excluduntur in criminalibus juxta *cap. testimonium ejus 54. h. t. n. 6.* Panormitan. *ibid. n. 6.* P. Engel *h. t. n. 16.* P. König *ib. n. 9.*

Ambiges IV. utrùm accusatus de crimine testari valeat?

Resp. quòd, si crimen sit tale, ex cuius condemnatione juris aut facti infamia consequitur, pendente accusatione, saltem in causis criminalibus testari nequeat *cap. nli. h. t. vix enim est, ut infamia facti declinet; ex qua causa nequid ad accusandum admittitur d. c. nli.*

Ambiges V. num personae viles, quales sunt inopes & mendici, sint inhabiles ad testimonium?

Resp. affirmativam insinuari in *cap. imprimis 7. circa fin. II. q. 1. l. testium 3. in pr. ff. h. t.* Cuius ratio est: quia periculum latet, ne potius amore pecuniae quam veritatis testentur contra *cap. placuit 1. h. t.* Potest tamen haec praesumptio per alias enervari. P. Engel *h. t. n. 17.* Farinac. *prax. crim. q. 55. n. 82.*



§. III.

Quinam in certis causis Testes esse prohibeantur?

29 **S**unt aliquæ personæ, quæ, licet à testimonio dicendo simpliciter non arceantur, in certis tamen causis testimonium (saltem omni exceptione majus) dicere nequeant. Sic I. minores 20 annis nequeunt testificari in causis criminalibus l. in testimonium 20. ff. h. r. nisi aut veritas aliter haberi non possit; aut agatur ad rei defensionem; aut crimen sit læte majestatis l. de minore 10. §. 1. ff. de Quæstionibus

30 **L**auterb. h. r. §. 20. Sic II. fœminæ non rectè testimonium dicunt in causis feudalibus

31 **J**uxta 2. Feud. tit. 32. in fin. Sic III. juxta multorum sententiam, in quam etiam propendit P. Wiestner h. r. n. 28. fœminæ non possunt testificari in causis criminalibus per cap. mulierem 17. XXXIII. q. 5. & cap. forus 10. de 3

32 **S**. Et si contraria sententia, quam tenet Magnif P. König cit. l. n. 30. Ummius cit. l. 1. h. r. n. 29. Lauterbach d. §. 20. sit conformior non tantum Juri Civili, quod mulierem in l. ex eo 18. ff. h. r. simpliciter ad testimonium admittit, solumque mulierem, adulterii condemnatam, excludit; sed etiam Juri Canonico, quod mulieris testimonium admittit tum in crimine fornicationis cap. tanta est 7. de Simonia tum in crimine fornicationis cap. quoniam 3. h. r.

33 **N**ihil refragante textu vel in cit. cap. mulierem, vel in cit. cap. forus. cum uterque loquatur generaliter, ac sine distinctione inter causas criminales & civiles mulierem non permittat testem agere; idèòque generaliter & edè sensu accipi debeat, quòd fœmina simpliciter quidem non prohibeatur testificari, neque in causis civilibus neque in causis criminalibus, illius verò testimonium, nisi probè & iteratò examinetur, non omni exceptione majus videatur: eum, ut dicit Isidorus in cit. cap. forus. varium & mutabile testimonium semper fœmina producat.

34 **S**ic IV. personæ Ecclesiasticæ nequeunt esse testes in causis sanguinis arg. cap. testimonium 9. XI. q. 1. in causis aliis, etsi criminales fuerint, in defectum aliorum testium admittuntur per

35 **cap. quamquam 2. XII. q. 2.** Sic V. generaliter dicitur, in causa propria neminem testificari posse l. nullus 10. ff. Lommibus 10. Cod. h. r. Censetur autem causa propria, in qua aliquis interesse, honoris, famæ, fortunæ, vel patrimonii versatur per textum in l. siquidem 1. §. 11. ff. Quando appelland. ita, ut nec procurator; nec tutor, nec Judex, nec advocatus in causa, quam tractandum habent, testimonium rectè dicant cap. nullus 1. cap. nullus 2. IV. q. 4. cap. dilecto 40. h. r. cap. ult. eod. in 6. l. ult. ff. d. t. nec testari quis valeat in causa, cui similem in eodem vel diverso Judicio fovet cap. personas 20. h. r. Gonzalez ib. n. 2. P. König ib. n. 31.

36 **Q**uæritur I. possintne, qui membrum aut pars est alicujus communitatis, in causa communitatis attestari?

Communis responsio apud Cardinalem de Luca cit. d. §. 32. n. 46. & Vincentium Petra

in commentarij ad constit. Apostolic. tom. 2. pag. 40. n. 25. & segg. distinguit, utrum ex testimonio directè resulter aliquid commodum in attestantem, veluti si de nemore agatur, è quo singuli de communitate ligna cadere; vel de paciscis, in quæ singuli sua immittere pecora valent; an verò solum indirectè commodum quoddam in attestantem refundatur, sicuti si de rebus, quarum usus ad singulos non pertinet, moveatur controversia. Primò casu; 7 inquit, membrum communitatis attestari non posse: eò quòd testimonium dicerent in causa propria contra textum in n. 35. recitatos; secundò casu concedunt, quòd ita liceat attestari: quia causa communitatis non est causa singulorum, nec quòd universitati debetur, singulis debetur per textum in l. in iurium 6. §. 1. ff. de R. D. l. sed si 10. §. 4. ff. de hoc Jure 206. l. sicut municipium 7. §. 1. ff. Quod cuiusvisque Universit. nom. 117. ff. de iuris iur. 1. 1.

Verùm hanc responsionem cum sua distinctione tunc admiserim, quando communitas est profana. Quando autem communitas est Ecclesiastica, seu Clericalis seu Regularis, possunt Clerici & Religiosi in causa communitatis attestari, tamen commodum directè sentiant, utpote cum ex redditibus & proventibus Ecclesiæ vel Monasterii sustententur cap. insuper 6. cap. cum nunciis 12. cap. veniens 38. cap. 39. cap. super 51. h. r. cap. est Christus 26. de Furejur. in fin. Rota Rom. in recent. p. 4. tom. 1. dec. 63. l. n. 7. p. 5. tom. 1. dec. 290. n. 13. & segg. p. 10. dec. 214. n. 16. & 17. p. 11. dec. 34. n. 4. p. 19. tom. 1. dec. 271. n. 9. Farinac. prax. crim. de Testib. lib. 2. tit. 6. q. 60. n. 441. & segg. Mascard de Probat. Vol. 1. conclus. 260. n. 6. & segg. Cujus ratio est partim: quia, si quis defactus; 9 adit ratione affectus ad causas, is supletur ex numero testium, ut habetur apud Rotam Romanam cit. p. 4. tom. 3. dec. 718. n. 20. item cit. tom. 1. dec. 698. n. 17. partim quia ob statum quem 41 professi sunt, ex causa proprii commodi testimonium fallum dicitur non præsumitur. Gonzalez in cit. cap. insuper 6. h. r. n. 6. Vincentius Petra cit. l. pag. 410. n. 33. Idque 2 tunc maximè procedit, quando agitur de probando aliquid, quod gestum fuit in Capitulo vel Congregatione: in subsidium quippe testimonium aliorum, qui non admittuntur ad tractatum & conventus Capitulares, illi ipsi, qui Capitulo interfuerunt, ad testimonium recipi possunt & debent, ut tradit ex communi Canonistarum & Civilistarum, longò per textò catalogò, Farinac. d. q. 60. n. 479. Sunt 43 enim Capitulares hujusmodi à potiori Sacerdotes, quorum uni tribuitur major fides, quam aliis testibus. Rota Rom. p. 1. dec. 147. n. 3. & 6. præ-

§. IV.

Quinam ratione certatum personarum non possint testimonium dicere?

6 **P**receptè si Sacerdotes simul & Religiosi sint, qui præsumuntur omni exceptione majores. Rota Rom. d. p. 4. tom. 3. dec. 629. n. 14. p. 18. tom. 2. dec. 552. n. 15. & dec. 215. n. 36. ac plenissimam merentur fidem, Rota Rom. p. 14. dec. 137. n. 11. p. 16. dec. 375. n. 12. p. 17. dec. 27. n. 13. adeò ut unus testis, Religiosus & Sacerdos, vicem duorum obtineat. Rota Rom. d. p. 17. dec. 27. n. 15. & dec. 378. n. 11. item p. 12. dec. 101. n. 16.

44 **D**uas nihilominus limitationes huic posteriori resolutioni subnectendas censeo. Prima est, quòd Religiosi & Clerici non prius ad testimonium sint vocandi, quam li testes extranei plane deficiant arg. cit. cap. est Christus 26. in fin. §. deficientibus aliis testibus &c. de Furejur. Altera, quòd illi Clerici & Religiosi, qui vicem procuratorum vel Advocatorum in causa Ecclesiæ sustinent, testimonium dare nequeant d. cap. insuper 6. h. r.

45 **Q**uæritur II. an, qui crimen aliquod denuntiat, possit de eodem crimine Testè agere?

49 **A**liqui testari prohibentur per certis personis, vel contra certas personas. Tales sunt I. parentes & liberi, qui neque contra se, propter reverentiæ & amoris periculum; neque pro se, propter nimiam conjunctionem indeque resultantem suspicionem partialitatis, testificari possunt l. testis 9. ff. h. parentes 6. Cod. h. r. Præterquam I. in causa ætatis, de qua, si liberis moveatur quæstio, parentes, qui noticiam habent optimam ex cap. 7. à n. 129. jure & rectè testantur l. etiam matris 51. ff. de Probat. II. in causa matrimonii vel impediendi, vel dissolvendi propter impedimentum dirimens, vel etiam contrahendi, si persona, cum qua contrahendum, alteram divitiis & potentiâ notabiliter non excedat. cap. super eo 22. h. r. cap. videtur 3. Quis maritum 5 accusat. poss. III. in causa fratrum interesse, in qua parentibus testificandi facultatem quidam addiunt ex eo fundamentò, quòd æqualis affectus æquissimi testimonii præsumptionem generet. Sed alii, qui dissident, in meliori ratione se fundant, quòd non tantum ob studium partium, sed principaliter ob periculum minuendæ reverentiæ vel amicitie testimonium hujusmodi sit vitium: quod periculum subest, etiam si lis inter solos liberos agitur.

54 **T**ales II. sunt fratres, forores, consanguinei, & affines, qui, si cogi non possunt, ut contra se in vicem deponant, l. lege Julia 4. ff. h. r. ita, si pro se in vicem deponant, Testes non usque adeò legales, ac quòd magis conjuncti, eò magis suspecti censentur cap. consanguinei 1. cap. accusatores 12. III. q. 5. cap. absens 18. eod. III. q. 55. 9. l. lege Julia 4. & l. in legibus 5. ff. h. r. Sitamen æqualis esset conjunctio inter Testes & utramque litigantium partem; aut persona propinqua singulari æstimationem & præ-

Resp. I. quòd, si crimen quis denuntiet judicialiter, nequeat agere Testem. Panormitan. in cap. in omni 4. h. r. n. 4. Farinac. q. 60. n. 75. Ratio est: quia similis denuntiator non multat 4 6 plenum distat ab actore vel accusatore, cui ex n. 35. in causa, de qua agit vel accusat, fides non adhibetur.

Resp. II. quòd, si crimen quis denuntiet 4 7 Evangelicè, vel etiam canonicè, ad evitandum peccatum; denuntiator Testem agere valeat. Textus de denuntiatore Evangelico est in cit. cap. in omni 4. & de denuntiatore Canonico in cap. præterea 12. cap. cum in tua 27. de Sponsalib. l. 1. cap. Ratio est: quia in utraque denuncia 4 8 tione denuntiator nec querit, nec rationabiliter querere potest commodum aut emolumentum proprium, sed uniè spirituale utilitatem alterius, quem denunciat, intendit. Unde non in propria, sed aliena causa testatur, & fidem operatur. Barbosa ad d. cap. in omni 4. n. 5. Gonzalez in comment. ib. n. 3. §. 6. cum citatis.

eminentiam haberet; aut exiguis inter conjunctos glisceret amor, illorum testimonium non foret rejiciendum. Farinac. q. 54. n. 45. & segg. P. König h. r. n. 15.

Tales sunt III. Conjuges, qui, cum una sint ex 5 6 ro, cor unum, & una quasi anima, testimonium adversus se invicem, absque maxima suspitione, dicere nequeunt cap. si testes 3. IV. q. 2. & 3. d. l. Julia 4. d. l. in legibus 5. Farinac. d. q. 54. n. 210. & segg.

Tales sunt IV. domestici, qui de propria do 5 7 mo sunt, aut quibus imperari potest cap. in literis 24. h. r. ubi Gonzalez n. 1. testes 24. ff. eod. l. etiam 3. Cod. d. r. P. König d. l. n. 16. Nisi controversia sit domestica, vel inter domesticos ventilata, ac præsumptio sinistra in domesticos non cadat per cit. cap. in literis 24. h. r. Ex 8 quo tamen inferri nolim, quòd neque subditi pro Domino Jurisdictionis testimonium ferre liceat, si juramentum fidelitatis & subjectionis pro liberis dicendo testimonio illis anteedenter relaxetur: quippe cum aliis pro defendendis rebus & joribus suis Principes & Domini Territoriales vix Testes invenient, ut statuat P. Engel h. r. n. 29. P. König n. 17. P. Wiestner n. 20.

Tales sunt V. vassalli, qui contra Dominum 9 feudi, propter obligationem fidelitatis & reverentiæ, citra discrimen incurrendæ caducitatis testificari non possunt in civili causa modica (id est, etiam si modica fuerit) aut criminali, ut habet textus in 2. Feud. tit. 33. §. 1. sive testimonium fuerit verum, sive falsum, ut probat Clarif. D. Franz in Jurisprud. d. quintupl. q. 19. n. 18.

Tales sunt VI. amici, qui, in favorem amici 60 testantes, omni majores exceptione non habentur per cap. accusatores 12. III. q. 5. l. testimonium 3. in pr. ff. h. r. eos testes 5. Cod. eod. Sitamen amicitia sit talis, quæ non obstreticant Bachò



& Cerere, inter epulas & pocula coaluit, sed in singulari quodam mentium & voluntatum vinculo sit radicata. Rota Roman. in rec. p. 6. dec. 277. n. 18.
61 Tales sunt VII. inimici, qui si capitales sint, contra inimicos non recte testantur cap. cum oporteat 19. de Accusat. cap. licet Heli 31. de Simon. d. l. testium 3. in pr. ff. l. si quis 17. Cod. h. s. Nov. 90. cap. 7. Sin capitales non sint, admitti quidem possunt ad testimonium Rota Rom. p. 3. dec. 441. num. 6. attamen integram fidem non pariunt d. Nov. 90. cap. 7. Brunnem. de Proc. cap. 20. n. 8.
62 Tales sunt VIII. Judæi & Pagani, qui propter odium, quod feruntur in Christianos; item propter suspicionem falsitatis, quæ, ceu hostes veritatis, laborant, contra Christianos testificari non permittuntur cap. non potest 24. & cap. seq. II. q. 3. cap. ipsa pietas 24. in pr. XXIII. q. 7.
63 Tales sunt IX. Laici, qui, licet in causa civili contra Clericos testari valeant, in causa ta-

men criminali, criminaliter intentata, Testes agere non possunt: ne vel sequor affectus irrepit, vel reverentia periclitetur cap. Laicos 5. II. q. 7. cap. de castro 14. b. 1. sicut nec Clerici contra Laicos in criminali causa vocandi sunt in testimonium ex n. 34. Aliud est, si 4. ad probanda Clericorum delicta Testes alii deficiant, aut de crimine excepto agatur per textum in cap. quoniam 3. b. 1. cap. cum oporteat 19. de Accusat. cap. tanta 7. de Simon. P. König h. s. n. 23.
Cæterum in relatis casibus & exemplis arbitrio Judicis plurimum esse tribuendum; arbitratu Cardin. de Luca de Judic. disc. 32. n. 40. & seqq. nec memoratas personas semper & generaliter repellendas censet, sed potius considerandam vult earum conditionem, an dignitate vel integritate fidei excellent; qualitate negotii, utrum majoris vel minoris sit præjudicii; rationem causæ, num civilis an criminalis sit.

SECTIO II.

De Forma & Modo attestandi.

SUMMARIA.

66. & seqq. Modus producendi & nominandi Testes cum articulis exhibetur. 69. & seq. Modus citandi Testes alterius Jurisdictionis declaratur. 71. & seq. Regulariter Testes ad testimonium compelli possunt. 73. & seq. Enumerantur persona excepta. 75. & seq. Examinatur questio, num hoc etiam in causis criminalibus locum habeat? 81. & seq. Alia questio proponitur: an Testis, de occulto crimine questus, respondere teneatur? 83. & seq. Nova questio examinatur: an Testis, non citatus à Judice, si deus faciat? 85. & seqq. An requiratur citatio partis adversæ? 88. & seqq. Quot productiones Testium sint permissæ? 91. Explicatur juramentum Testium. 92. Id nulli remittitur. 93. Sine hoc testimonium non valet. 94. Datur exceptio. 95. & seq. Exquiritur: an juramentum sit necessarium in processu summario? 97. Indagatur: mirum à muso prestatari debet? 98. & seq. Disceptatur: an mutuo-

parium assensu remitti possit? 100. & seqq. Modus examinandi Testes præscribitur. 103. & seq. Depositio Testium debet esse vocalis. 105. Accurata & conformis. 106. Clara & perspicua. 107. Anexa ratione dicitur. 108. & seq. Res incorporales per alios externos probantur. 110. Superflua per gustum. 111. Odorifera per assatum. 112. Tangibilia per tactum demonstrantur. 113. Agitur de cogitante & vidente nocturno tempore &c. 114. & seq. Agitur de testante de auditu alieno. 116. Explicatio & limitatio prioris doctrinae. 117. Modus attestations publicandi declaratur. 118. Non licet regulariter amplius excipere contra personas Testium. 119. Aus novos Testes producerent. 120. Testimonia publicata semper probant. 121. Imò etiam non publicata. 122. Inter easdem personas. 123. Publicatio non est de substantia processus. 124. Posita & negata facit locum appellationi.

§. I.

De Productione Testium.

66 Forma & modus attestandi plura requirit. Primum est Productio seu nominatio Testium. Posteaquam enim is, cui probatio incumbit, suos articulos probatorias formavit, ac unum vel plures ab adversario negari perspexit, qui nequeunt aliter, quam per Testes probari, illos Judici denuò proponit, nomina Testium subjicit, divortium annectit, & ad quem articulum quisvis Testium examinari debeat, ostendit.
67 Juxta articulos, sibi porrectos, una cum directorio & nominatione Testium adversæ parti communicat, quatenus exceptiones, si quas habeat, contra articulos aut personas Testium

opponere, vel saltem sua interrogatoria (num v.g. Testes nominati non etiam hanc vel illam circumstantiam &c. sciunt?) proponere valeat; quæ tamen interrogatoria parti alteri, Testes producenti, non amplius insinuantur. Postmodum Juxta & Testes citat, ut certâ die compareant; & simul adversarium vocat, ut videat, Testes produci & jurare, possitque contra vicia manifesta excipere. Habentur ista in cap. in nomine 2. h. t. cap. præsentium 2. eod. in 6. Auth. sed & si quis Cod. eod. Brunnem. de Proc. cap. 20. n. 38. & seqq. Stryck in Introduc. ad pract. for. cap. 18. §. 1. & seqq. Clariff. D. Fleck in Biblioth. lib. 5. tit. 5. q. n. 11. & seqq.

Dice-

69 Disceptatur I. si Testes sint alterius Jurisdictionis, quomodo vocari debeant. Resp. Testes immediate, propter defectum Jurisdictionis, citari non possit; sed proprium illorum Judicem esse requirendum, ut vel Testes, sive Jurisdictioni subiectos, mittat ad locum Judicii Judicis requirentis; vel ipse metum examinet, ac Testium depositiones sub proprio sigillo remittat. P. Engel h. s. n. 2. Umnius disp. 16. n. 50.
70 Id, quod maximè servatur in Clericis, qui nec à Judice Laico citari possunt, nec ad illum ab Episcopo suo dimitti, sed ab Episcopo vel ipsius Commissario examinari debent cap. quamquam 2. XII. q. 2.
71 Disceptatur II. num Testes subditi ad testimonium dicendum compelli possint. Ita quidem constitutum reperio in l. constituto 16. in pr. ff. quando 19. Cod. h. t. cap. causam 1. cap. ceterum 6. cap. eum contra 9. cap. ult. de Testib. cog. Interest enim Republicæ, veritatem manifestari l. current 22. ff. h. t. Et idem, si quis juramentum fecisset, quòd nunquam vellet agere Testem, juramentum, tanquam Republicæ perniciosum, non valeret per cap. intimavit 18. & cap. constitutus 4. s. h. t.
73 Interim hæc regularis constitutio non caret exceptione. Nam I. Testes senes, qui septuagenarij majores sunt; valetudinarij, qui nequeunt à morte sua discedere; milites, in expeditione constituti; Illustres, Nobiles, Consiliarii Principum, & alii, in dignitate constituti; item omnes, quos ad Judicem venire justa causa excusat, in tantum liberati sunt à testimonio, ut non personaliter ad Judicem accedat, sed domi à Judice vel Commissario debeant examinari per textum in l. inviti 8. ff. l. quoniam 11. l. constitutio 16. in pr. Cod. h. t. cap. statum 11. §. pen. de Rescript. in 6.
74 II. nequeunt ad testimonium dicendum compelli, quibus vinculum reverentiæ vel nexus propinquitatis obest, quò minus testimonium contra se invicem deponant; uti sunt parentes & liberi; agnati, cognati, & affines; maritus & uxor cap. si testes 3. §. Lege Julia & §. parentes III. quest. 4. l. Lege Julia 4. ff. h. t.
75 III. complures docent cum Panormit. in cap. causam 1. de Testib. cog. n. 6. Innocent. ib. num. 2. Pirhing ad cit. tit. n. 11. Schamb. ibid. num. 3. neminem in causis criminalibus de Jure Canonico ad testimonium cogi posse: tum propter cap. super eo 3. de Test. cog. ubi dicitur, Testes monendos potius, quam cogendos esse; tum propter cap. dilectorum 10. eod. ubi decernitur, Testes nominatos, præterquam super criminibus, per censuram Ecclesiasticam cogendos esse, veritati testimonium perhibere. Quibus tamen nequitiam ad stipulantur Hostiensis in Summa in cit. cap. dilectorum n. 3. Gonzalez ad cap. ult. d. 1. n. 8. Zoëf. eod. tit. num. 2. König ib. n. 10. Westner num. 4. allegantes textum in cap. pervenit 1. cap. super his 8. cap. cum contra 9. cap. ult. d. 1. in quibus referuntur varia crimina, adulterium, simonia, fallum,

conspiratio, pro quorum probatione Testes coacti testimonium dixerunt.
Ultraque nihilominus sententia cum temperamento distinctionis potest recipi; & secunda quidem, si Testis nullam habeat rationabilem causam negandi testimonium, ut potest cum expediat publicè, ne delicta, ob non manifestatam veritatem, maneant impunita. Prima verò, si Testis habeat rationabilem causam, detrectandam testimonium, veluti si agatur ad poenam sanguinis, & ille, aspirans ad Clericatum, metuat irregularitatem arg. cap. his à quibus 30. XXIV. q. 8. cap. Clericus 5. cap. sententiam 9. Ne Clerici vel Monachi &c. cap. ult. eod. in 6. Licet enim probabileretur à quibusdam cum cit. Gonzal. num. 10. doceatur, Testem, in criminalibus attestari coactum, irregularitatem non incurrere arg. cap. tua nos 19. §. ad ultimum de Homicid. quia tamen illa opinio non est certa, ut patet legenti Panormit. in cit. cap. sententiam ne Cler. vel Mon. n. 13. Innocent. in cap. ad audientiam de Homicid. n. 7. Covartuv. in Clement. si furiosus p. 2. §. 5. n. 5. profecto metus irregularitatis contrahendæ causa fat pragmatice videtur, reculandi testimonio: cum aliunde liqueat, SS. Pontifices in statuenda irregularitate non raro tutiorem viam elegerit. Similiter, si quis sciat, legatum sibi ab aliquo relictum esse, non potest compelli ad testimonium dicendum contra eum: utpote cum alias ipsi legatum, tanquam indigno, posset auferri l. post legatum 5. §. 10. ff. de His, qui n. indign.
Disceptatur III. an Testis, interrogatus de crimine alterius occulto, teneatur manifestare veritatem?
Resp. quòd, si legitime fuerit interrogatus, videlicet à legitimo Judice ob præcedentia indicia sufficientia, veritatem manifestare teneatur, etsi ipse solus interfuert eo tempore, quò crimen est perpetratum, propter textum & rationem in num. 71. & seq. Quòd si quis crimen noverit non ex scientia propria, sed alterius revelatione, sub secreto naturali vel Sacramentali facta, nec tenetur nec potest illud manifestare: nec enim licitum est, tale secretum pandere, velut insinuat Prov. 11. ibi: qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est, etiam antici commissum; nec publico nocetur bono, si quis reticet crimen, quod, nisi alter ex speciali confidentia sub secreto commississet, non novisset. Farinac. quest. 78. num. 121. Engel h. s. n. 5. Pirhing ibid. n. 12.
Disceptatur IV. an Testis, non citatus à Jure dice, sed ultro veniens ad Judicium, fidem conciliet?
Resp. quòd, si neque citatus fuerit à Judice, neque rogatus à parte, regulariter nihil probet. Nimia siquidem affectio ad causam, quæ colligitur ex spontaneo accessu & pruritu ad testimonium, indicat mentem partialem, & de studio partium suspectam. Clarissimus P. Schmalzgrueber ad h. r. num. 77. limitans hoc assertum, si personæ qualitas aut alia cit-

D d 2

cum



cumstantia presumptionem fidei submini-  
strer. At, si Testis a parte saltem rogatus  
fuerit, fidem omnimodam facit: affectio si-  
quidem ad causam & animus partialis non  
presumitur in eo, qui non sponte, sed preci-  
bus inductus testimonium in Iudicio depo-  
nit. Crotus in *rr. de Testib. p. 7. n. 35.* Nell. à  
S. Geminiano in *rr. de Testib. p. 1. n. 42.* Fari-  
nac. q. 80. num. 10. & seg. Malfard de *Probat.*  
*Vol. 2. conclus. 1365. n. 67.* & plurimi, ab his  
allegati.

85 Disceptatur V. num testimonium, quod  
deponit Testis, parte contraria non citata,  
valeat?

Resp. negativè. Textus in *cap. in nomine 2.*  
*h. t.* & ratio est: quia plerique actus, qui  
concernunt alterius interesse, absque illius cita-  
tione sunt invalidi *l. de unoquoque 47. in pr. ff.*  
*de Re judic.*

86 Nec obsunt textus in *cap. pratered 12. de*  
*Sponsal. & cap. ult. de Hæres. in 6.* Continent  
liquidem exceptionem à regulari conclusio-  
ne, dum prior, ad evitandum peccatum, admitti-  
turali unius testimonium super impedimento  
dirimente, parte altera non vocata; poste-  
rior verò precipit, nomina & personas Tes-  
tium, fidei & Catholicæ Religionis favore,  
illis, qui de hæresi suspectos se fecerunt, celari.

87 Similis exceptio est, quando periculum in  
mora versatur, ac debitor v. g. in fuga jam  
constitutus, aut de fuga suspectus est; aut Te-

stes senio vel morbo laborant; aut abutimur  
remota loca meditantur. Reperitur dicta  
in *cap. 3. n. 3.*

Disceptatur VI. quot Testium productio-  
nes in eadem causa sint admittendæ?

Resp. I. trinam productionem in causis tam  
Ecclesiasticis quam Civilibus esse permittam  
*cap. in causis 15. cap. ultra tertiam 55. h. t. No-*  
*vell. 90. cap. 4.* sed tantum super alii articulis,  
si publicatio vel manifestatio attestatorum sit  
facta *cap. fraternitatis 17. cap. cum venisset 25.*  
*h. t. ii.* Nisi vel Testes antea non fuerint cogniti  
*arg. cap. pastoralis 4. de Except.* vel causa fuerit  
ad secundam instantiam devoluta *cap. fraterni-*  
*tatis 7. h. t.*

Resp. II. quartam productionem non con-  
cedi, si productiones anteriores publicatæ,  
vel aliter in producendis notitiam delata fue-  
rint *d. Nov. 90. cap. 4.* Indèque desumpta *Auth.*  
*at qui semel Cod. de Probat.*

Resp. III. quartam productionem concedi,  
si productiones antecedentes nec publicatæ,  
nec producenti intimatæ fuerint, servatæ le-  
gali solennitate, ut producentis jure, producta  
jam testimonia nec suppressa, nec occultata,  
nec explorata, nec cognita fuisset; novamque  
productionem non dolo, fraude, vel machi-  
natione peti *d. cap. in causis 15. cap. significave-*  
*runt 26. d. cap. ultra tertiam 55. h. t. d. Novell.*  
*cap. 4.* Legantur, si placet, Engel *h. t. num. 47.*  
Pirhing *n. 172.* König *n. 27.* Wielner *n. 60.*

§. II.

De Juramento Testium.

91 Alterum requisitum attestatoris est *Ju-*  
*ramentum Testium*, quod jurant, quod ver-  
tatem, in quantum sciunt, aperire; solius  
veritatis, non autem amicitie vel inimicitie  
studii testimonium ferre; & depositiones  
suas ante illarum publicationem neutri parti  
revelare velint *cap. quatuor 5. cap. fraternita-*  
*tis 17. cap. nuper nobis 51. h. t. l. jurisjurandi 9.*

92 in *pr. l. testium 18. Cod. eod.* Hocque jura-  
mentum præstare tenentur omnes, cujuscun-  
que status, dignitatis, & conditionis sint *d. cap.*  
*nuper nobis 51. h. t.* Et si praxis habeat, quod  
personæ Nobiles, Illustres, & in dignitate con-  
stitutæ, locò juramenti corporalis, pro more  
suo, fidem interponant. Magnif. P. König  
*h. t. n. 41.*

93 Quodsi, prætermisissò juramentò, Testes  
simpliciter deponent, fidem non faciunt *cit.*  
*cap. nuper nobis & cap. de testibus 29. eod. tit.*  
Quin & si juramentum nec antecesserit depo-  
sitionem, nec eam in continenti securum fue-  
rit, testimonium robore destituitur per *cap.*  
*fraternitatis 17. in fin. & l. jurisjurandi 9. in pr.*  
*Cod. h. t.* Videatur Gail *l. obf. 18.* Wielner  
*h. t. n. 55. & segg.* Fleck *cit. lib. 5. tit. 54. n. 5. &*  
*94 segg.*

94 Sitamen Testis optimè sciret, quod,  
facta jam depositione, adhucdum jurare re-  
neatur, testimonium illius resciri non potest.  
P. König *h. t. n. 42.* quia Testis non minus de-  
terretur à falsitate dicenda per juramentum,

quod prævidet, sibi quondam præstandum,  
quam per juramentum, jam præstitum.

Queritur I. utrum juramentum Testium  
sit etiam in processu sumario necessarium?

Resp. esse quidem necessarium in eo sensu,  
quod, si delatum fuerit, à Teste præstari de-  
beat; non autem in alio sensu, quod, si dela-  
tum non fuerit, testimonium non subsistat:  
nam, ut bene docet Albericus de Maleis in *96*  
*tract. de Testib. cap. 7. n. 75.* juramentum Tes-  
tium non est aliquid requisitum substantiale  
Judicii, sed arbitrarium & accidentale: con-  
sequenter, salva Judicii substantià, in processu  
sumario potest omitti *arg. Clem. sape 2. de*  
*P. S.*

Queritur II. an, si mutus testimonium di-  
cat, juramentum præstare teneatur?

Resp. quod, tamen si mutus juramentum  
præstare nequeat per verba in invocationem  
Divini Nominis in testimonium veritatis, pos-  
sit tamen & debeat per scripturam, erectio-  
nem digitorum, aut alia signa animum jura-  
di propalare. Stryck de *Jure sens. differt. 4.*  
*cap. 4. n. 27.*

Queritur III. possintne mutò partium,  
consensu juramentum Testibus remitti?

Resp. posse remitti, quando causa, in qua  
producuntur Testes, concernit solum favo-  
rem partium; secus, quando causa concernit  
salutem publicam, bonum spirituale, reveren-  
tiam

tiam Sacramenti &c. veluti si agatur de crimi-  
ne capitali, de matrimonio, de benefi-  
cio &c. Ratio est: quia, quæ respiciunt  
solum favorem privatorum, possunt illorum  
consensu remitti *l. pen. Cod. de Pæd.* quæ verò  
respiciunt favorem publicum, bonum spiri-  
tuale, & rationem Sacramenti, nequeunt au-

thoritate privatâ aboleri *l. jus publicum 28. ff.*  
*eod. l. cum & Judices 2. S. 4. Cod. de Furejur.*  
*prop. Calumn. cap. si diligenti 12. de Foro compe.*  
Ergo, si juramentum respiciat præcisè favo-  
rem partium, remitti potest *cap. inis questionibus 39. h. t.* Secus si ad bonum publicum &c.  
immediatè dirigatur.

§. III.

De Examine & Depositione Testium.

100 Tertium requisitum in attestatore ponit  
tur *Examen & Depositi*, seu confessio &  
responsio Testium. In Examine Judex aut  
illius Commissarius Testes seorsim ac sigilla-  
tim, unum post alterum, vocat, ac (præmissis  
interrogatoriis generalibus de nomine,  
ætate, conditione, affectione &c.) quemvis  
super illo articulo, quem producentis in dire-  
ctorio notavit, nec non super interrogatoriis,  
ab adversario formatis, secretè & distinctè  
quaritur, ac responsia Testium verbotenus in-  
scribit protocollo *cap. cum causam 37. cap. ve-*  
*nerabili 52. h. t.*

101 Finitò examine, peru-  
tile erit, ut Testi prælegatur illa, quæ respon-  
dit, quatenus exinde tam constantia Testis ar-  
guatur, quam error, si quis incidere, in contin-  
enti corrigatur. Brunn de *Proc. cit. cap. 20.*  
*num. 74. & seg.* Stryck in *Introd. ad prax for.*  
*102 cap. 18. §. 15.*

102 Demùm Testi examinato  
silentium imponitur, ne scilicet detur occasio  
malignandi, dum pars, de depositionis conscia,  
facile Testes alios subornare possit. Brunn.  
*d. l. n. 78.* Stryck *d. §. 15.* Fleck *d. lib. 5. tit. 56.*  
*per tot.*

103 In depositione Testium, ut valeat, aut ex-  
ceptionibus adversis infirmari nequeat, desi-  
detur I. responsio vocalis, nec, jure com-  
muni spectatò, sufficit scripta *cap. à nobis 2. Qui*  
*matrimon. accusare &c. eod. sensu in cap. tua*  
*nos 8. de Cohabit. Cleric. & Abbat. l. Testium*  
*fides 3. ff. h. t.* rescribitur, non testimonio, id est,  
scripturæ, sed *Testibus.* vocaliter deponentibus,  
esse credendum. Rota Rom. in *rec. p. 10.*  
*dec. 67. n. 8.* Card. de Luca de *Judic. tit. 32.*  
*num. 2. & 1.* ubi excipit testimonia Magnatum  
& personarum conspiciuarum, quarum  
simplici attestato creditur.

104 Nec obest, quòd etiam mutus ex *n. 12. & 97.*  
testimonium dicere valeat, licet non voce, sed  
scripturâ vel signò veritatem manifestare va-  
leat. Nam in mutò exceptionem fieri posse,  
nihil obstat; quemadmodùm & in aliis calibus,  
ubi verbalis responsio requiritur, mutis re-  
mittitur *arg. cap. cum apud 23. de Sponsalib.*  
Stryck de *Jure sens. cit. differt. 4. cap. 4. n. 26.*

105 II. exigitur accurata & perfectâ conformi-  
tas dicti & quaesiti, aded ut, si Testis aliter aut  
plus dicat, quam ab ipso quaesitum fuerit, sua  
inconstitutiōne vel verbositate fidem minuat per  
*cap. de Testibus 29. h. t.* P. König *ib. n. 46.*

106 III. postulatut responsio clara & perspicua:  
nam responsio ambigua, & perplexa, v. g. opi-  
nor, est probabile, fortassis hoc fecit &c. (nisi  
de facto per se obscuro, ac difficulter in sen-

sum cadente, versetur) & multò magis con-  
traria vel contradictoria, nequit operari fi-  
dem certam per *cap. licet causam 9. de Probat.*  
P. König *cit. l. num. 47.* Brunnem. *d. cap. 20.*  
*num. 71.*

IV. exposcitur ratio dicti, seu causa respon-  
sionis, unde scilicet deponens factum relinquit;  
eaque debet reddi vel de visu, quando factum  
controversum in oculis incurrit; vel de au-  
ditu proprio, si factum non sub oculis sed au-  
res cadat *cap. cum causam 37. h. t. l. sola 4. Cod.*  
*eod.*

Neque dicas: non omnem rem, de qua di-  
cendum testimonium, in sensum incurrit;  
nec omnem, quæ in sensum incurrit, sub ocu-  
los aut aures cadere: cum res incorporales  
v. g. Jurisdictio, servitus, jus eligendi &c. tan-  
tummodò sint objecta intellectus; ac, quæ  
pertinent ad gustum, odoratum, vel tactum,  
non semper videri vel audiri valeant. Nam,  
quòd attinet res incorporales, illa veni-  
unt in sensus externos non ratione sui, sed  
mediantibus actibus, qui eorum ratione nomi-  
ne exercentur, uti v. g. sunt actus judiciales  
ad indicandam Jurisdictionem; aquæ ductus,  
aliorum ædificatio, pastus &c. ad indicandam  
servitutem; electio seu collatio suffragii ad  
indicandum jus eligendi &c. à natura vel jure  
destinati. Stryck de *Jure sens. in prim. n. 35.*  
*& segg.*

Quod concernit gustum, absque  
dubio illius objectum seu sapor nec videtur,  
nec auditur, ac, si quis v. g. vitrum plenum vi-  
deat, non potest testari, quòd vinò sit refer-  
tum, nisi etiam vinum gustaverit: adeoque  
Testis, de gustu testificaturus, rationem dicti  
per hoc reddere debet, quia gustavit. Stryck  
*cit. rr. de Jure sens. differt. 6. cap. 3. n. 1. 4. & segg.*  
Olfactus equidem rariùs in testimonio de-  
ducitur; si tamen de odore sit controversia,  
utrum v. g. hæc vel illa materia sit balsamum,  
ambra, herba, tabaccus &c. utique fidem fa-  
ciat Testis, si rationem hanc reddat, quòd ma-  
teriam illam olfecerit. Stryck *cit. rr. differt. 5.*  
*cap. 1. n. 38. & segg.*

Denique tactus  
à testimonio non arcetur, sed per se reque-  
ritur, v. g. mollities, durities, gravitas, levi-  
tatis &c. per tactum exploranda & probanda  
venit; ubi proinde pro ratione dicti sufficere  
asserere: quia rem tetigi. Nellus à S. Gemi-  
niano *rr. de Testibus n. 143.* Stryck *d. l. differt. 7.*  
*cap. 2. n. 22. & segg.*

Quid autem, queritas, de cæcutiente; vi-  
dente aliquid nocturno tempore, vel per ri-  
mam, aut per speculum?



Resp. in his casibus plurimum Judicis arbitrio tribui. Considerabit itaque qualitatem cæcutionis; tenebras, lucemque nocturnam aut lunarem; distantiam objecti; speculi virtutem; & si cætera sint paria, sæpe plenam ex simili visu probationem elicere poterit. Conferatur laud. Stryck d. tr. differt. 1. cap. 4. à n. 35.

114 Quid etiam, rursus interpellas, si quis testetur non de auditu proprio, sed alieno?

Resp. eum regulariter non probare per textum in cap. testes 15. III. q. 9. cap. licet ex quadam 47. h. t. quoniam, si dicat, se ita audivisse ab alio, incertum per incertum probat: nec enim, quod auctor non-juratus, non examinatus, extra Judicium proprio motu edixerit, remissa se habere, rei veritas edocetur. Aliud est, si agatur de testimonio ad perpetuam rei memoriam, & Testes superflites de effatis mortuorum attestentur; si probanda sit affi-

nitatis aut consanguinitatis; si testimonium de credulitate sufficiat; si factum sit antiquum ac memoriam hominum excedens; si alio ex capite difficulter probari valeat. d. cap. licet ex quadam 47. l. si arbitri 28. ff. de Probat. l. si chorus 79. §. 1. ff. de Legat. 3. l. in summa §. 8. ff. de Aqua & aqua pluv. Rota Rom. in rec. p. 7. de cis. 69. n. 48.

Quodsi Testis non reddat rationem sui dicti, quia nec Judex nec Adversarius rationem dicti scire petiit, & factum cæteroque in solo sensu dependet, testimonium valet: partim quia præsumptio est, quod sine ratione & fundamento de facto sensibili nihil assertivè dicturus sit: partim quia non potest ad plura & plus respondere, quam fuerit interrogatus ex num. 108. Card. de Luca cir. disc. 32. n. 64. P. König h. t. num. 40. quem, cum in n. seqq. plura tractet, ad hanc materiam apposita, consule.

## §. IV.

## De Publicatione Attestationum.

117 Quartum requisitum in attestacione est Publicatio & manifestatio attestacionum, hoc est, dictorum & assertorum, quæ Testes in examine protulerunt. Et hæc, si debite facta, nempe paribus citatis & presentibus per cap. in nomine 2. h. t. triplicem effectum producit. Primus est, quod contra personas Testium (aliud est de dictis Testium) amplius excipere non liceat cap. presentium 31. h. t. præterquam si exceptio post attestacionis publicationem primùm innotescat, aut facultas excipiendi specialiter reservata fuerit, aut juramentum præstetur, quod malitiosè non fuerit exceptio dilata. d. cap. presentium. P. König h. t. n. 57.

118 Secundus est, quod super iisdem articulis non liceat vel eosdem vel alios Testes producere cap. fraternitatis 17. cap. cum venisset 25. d. t. nisi causa sit matrimonialis cap. series 26. eod. vel criminalis arg. l. unius 18. §. 9. ff. de Quæstion. vel depositiones Testium, contra se adductorum, per alios Testes quis reprobare velit per cap. ex tenore 35. h. t.

in fin. D. Fleck cir. l. 5. tit. 57. num. 4. & seqq. Tertius est, quod testimonium, legitime recedat, semper, in omni causa, & coram Judice quocunque, inter easdem personas fidem indubitata retineat per l. ult. Cod. de Re judic. Quem tamen effectum ex sola depositione, 121 publicatione etiam non secuta, promanare, cum Panormit. in cap. causam 11. h. t. n. 2. docet alleg. P. König num. 56.

Dixi: inter easdem personas. Nam inter per-122 sonas omnino diversas applicatur regula quod res, inter alios acta, aliis non nocet per capi inter dilectos 6. §. nec attestaciones de Fide instrum. Quodsi Testium publicatio fuerit ommissa, lata 123 postmodum sententia nihilominus subsistit: eò quod nullibi reperitur inter essentialia vel substantialia Judicii numerari. Licet, si 124 petita, nec tamen peracta fuerit, locum de appellacioni. Gail. 1. obs. 105. num. 1. Hatnold de F. & F. tom. 5. tit. 4. num. 165. Clarissimus P. Schmalzgrueber ad h. tit. sub num. 131.

## SECTIO III.

## De Effectu Attestationis.

## SUMMARIÆ.

125. & seqq. Indicatur effectus attestacionis per duos Testes. 128. Omni exceptione majores. 129. & seqq. Et aliquando exceptionem patientes. 131. & seqq. Enumerantur casus, in quibus plures quam duo Testes requiruntur. 136. & seqq. Traduntur regula pro casu, quò Testes ab utraque parte producuntur. 141. & seqq. Unus Testis regulariter semi-plene probat. 144. & seqq. Asseruntur exceptiones, & ostenditur, quod interdum plus probet. 154. & seqq. Testes singulares singularitate adversativa nihil pro-

bant. 156. Testes singulares singularitate diversificativa saltem semi-plene probant. 157. Testes singulares singularitate administrativa plene probant. 158. Testimonium, in continentari revocatum, nullius est roboris. 159. Ex intervallo non potest cum effectu revocari, nisi ex causa legitima. 160. & seqq. Discutitur, quid Juris sit, quando Testes dicunt subornatos? 163. Prodicens tenetur sumptus, quos Testes faciunt, refundere. 164. Potest tamen eos ab altero, si temerè litiget, repetere.

## §. I.

## Qualem probationem duo Testes faciunt?

125 Effectus attestacionis est probatio, & plena quidem, si duo Testes omni exceptione majores, de negotio litigioso pariformiter attestentur, ad eò ut Judex in causis tam civilibus, quam criminalibus, ad sententiam definitivam regulariter procedere valeat. Textus extant in Jure Divino in cap. 17. Demeroh. & cap. 18. Matth. in Jure Canonico cap. in omni 4. cap. licet 23. cap. cum à nobis 28. h. t. in Civili 127. ubi numerus 12. ff. eod. Ratio est: quia prudenter non est credibile, quòd Testes, omni exceptione superiores, ac uniformiter dependentes, aut fallere possint, aut falli. Ideoque tantam efficiunt fidem, ut Judex sententia concipere, & pronuntiare possit & debeat. 128 Dixi: omni exceptione majores, quibus scilicet nec ratione personæ, nec ratione dicti quidpiam, ad minuendam fidem, opponi potest. Sin aliqua oppositio sit adducibilis, quæ minuat fidem, minuit simul probationem; nisi plures adhuc Testes vel alia adminicula succedant. Est enim practica, & à Rota Romana sæpius decisa sententia, Testium inhabilitatem vel illegalitatem ex concursu plurium, saltem in civilibus, & probatu difficilioribus causis, integrari & supplere posse. Sic enim colligo ex p. 3. decis. 480. n. 4. & decis. 200. n. 3. p. 4. tom. 1. decis. 84. n. 11. decis. 118. n. 3. decis. 129. n. 3. p. 8. decis. 195. n. 4. & decis. 63. n. 32. p. 12. decis. 53. Card. de Luca de Jure, disc. 32. n. 37. Quamquam, si Testes prolixi sint inhabiles, aliud judicaverit Rota Rom. p. 12. decis. 362. n. ult. In criminalibus quoque nunquam Testes qualescunque recipiuntur, sicut in crimine læsæ Majestatis, hæresis, simulationis, sacrilegii, veneficii, latrocinii, falsæ monetæ &c. per cap. cum Monasterium 1. de Confess. cap. ult. h. t. cap. in fidei 5. de Heret. in 6. Relege dicta in cap. priori à n. 52. & Sabellum in summa §. testiu n. 4.

131 Dixi præterea: regulariter. Quandoque enim non sufficit testimonium duorum Testium, veluti I. in purgacione canonica, in qua, cum Testes de credulitate tantummodò jurent, plures, quàm duo requiruntur cap. si legitimi 12. cap. omnibus 19. II. q. 5. cap. cum P. 10. de Accusat. cap. inter sollicitudines 10. cap. cum in juramento 12. de Purgat. Canon. II. in causa matrimonii, propter potentiam dissolvendi, in qua tam vir quam mulier cum septem propinquis aut vicinis iurent, necessum est, quòd invicem cohabitandò matrimonium consum-

## §. I.

## Qualem probationem unus Testis faciat?

136 mare nequiverint cap. laudabilem 5. cap. litera 7. de Frigid. & malefic. III. in condemnatione Episcopi, in qua 72. item in condemnatione S. R. E. Cardinalis, in qua, si Presbyter sit 44. si Diaconus 27. si Subdiaconus aut inferior sit Clericus, 7. Testes requiruntur cap. Præsul 2. & cap. nullam seq. 11. q. 5. Quod, cum prin-134 cipaliter ob hæreticos, plura malitiosè contra Episcopos & Cardinales non raro contingentes, statutum nec periculum ejusmodi machinationis amplius subesse credatur. hodie non obtinere, refert ex Barbara P. Wiefner h. t. n. 68. Imò de Jure Communi tot nume-135 rò Testes solummodò necessarios existisse, quando non erant spectata vita & scientia, post Gratianum ad cit. cap. nullam advertit Abbas in cap. licet 23. h. t. n. 4.

Interrogabis: quid faciendum Judici quando Testes ab utraque parte producuntur, sicut fieri amat in judicio nisi possidetis?

Resp. Judici quidem relinquere, quid & quantum Testes in singulari & universaliter probent per textum in l. testium 3. §. 1. & 2. ff. h. t. interim, pro certiori procedendi ratione, sequentia notanda esse: ut I. plus fidei tribuat pluri-137 bus, quàm paucioribus, præterquam si isti illis autoritate, & prudentia, vel majori verisimilitudine præeminent cap. in nostra 32. h. t. l. ob carmen 21. §. 3. ff. eod. Rota Rom. in recent. p. 12. dec. 514. n. 15. & p. 15. dec. 53. n. 171. & p. 14. dec. 456. n. 2. Ut magis credat affirmantibus, est numerosiores sint, juxta illud Mar-138 scardi de probat. conclus. 70. n. 2. quòd duobus affirmantibus plus credatur, quàm mille negantibus: cum hos fallere possit, quòd illi viderunt, vel oculis vel auribus perceperunt. Rota Rom. p. 9. dec. 323. n. 5.

Nisi ne-139 gantium testimonia sint pro reo, habeant solidam rationem, aut circumstantia tales concurrant, ut factum debuisset ab omnibus notari. Relegantur dicta in cap. 3. n. 119. & seqq. Rota Rom. p. 18. dec. 695. n. 7. Sabellus in summa §. Testium 13. Miller ad Struv. exercit. 28. tit. 49. l. n. III. I. fortius persuadent di-140 gniores, quàm humiliores; seniores, quàm juniores; masculi, quàm feminæ d. cap. in nostra 32. h. t. d. cap. licet causam 9. de Probat. cap. forum 10. de V. S. Struv. cir. tit. 49. & ibi Miller l. d. & seqq. Pax Jordan. Elembrat. tit. lib. 14. tit. 18. num. 1300. & seqq. Sabellus d. h. num. 17.

## §. II.

## Qualem probationem unus Testis faciat?

141 Quando producitur unus Testis, omni exceptione major, regulariter non plenam sed semi-plenam probationem facit. Textus sunt partim in cap. veniens 10. cap. licet 23. h. t. ubi, dum dicitur, unius testimonio causam ter-

minari, & sententiam condemnatoriam pronuntiare non posse, tacitè innuitur, Testem unum habere vim, probationem non plenam, sed semi-plenam, efficiendi: partim in l. omnibus 1. §. 2. ff. Testam. quemadmodò aperiant, unde con-